



In re vestiaria antiqua, quam adornis, Vir nobiliss^e velim te junare possim, ut credidiss^{se} visus es. Sed Arcus Hadriani, et quorum porro apud Affinem meum meministi, nihil hactenus nisi gando accepi. Statim vero ut ex literis tuis cognovi, quid earum rerum penes me reperiendum duceres, dedi operam ut in posterum, quod nunc recordia meâ contigit, ne fallaris. et ab Illustriss^{is} Atravij Praefectâ sedulo petij, si quid ibi rerum antiquarum extet, ocus transmittat: siⁿ vero ut extaret nemini satis curâ fuerit, neque Lamellis quidquam ligneis aut aeneis incisum, ut eorum ferè quæ ad manum incuriosi sumus, aëidi exterorum, delineari mandet exactâ manû, et copiam item nobis faciat quam primum possit. dum defluit annis, et ~~ex~~ expectas, Tabellam istam, nisi fallor, non agrè in^{sp}icies. Tablis est circa Sanctos, sine Castra Trajana maris, in Clivis ~~effusus~~, nostrâ aetate, et armaturâ veteris ornatum non obscure repræsentat. quo nomine Principi olim meo oblatum, et clarum fuit. Tuo vero arcu conducatur ipse videris, et porro proprium habebis: superest enim exemplar alterum, quo nuper, tanquam novo munere à Joanne Smithio donatus fui. Ad quem virum, mi Salmasi, si te ablegari pateris, Noniomagi in ^{praconio} ~~plano~~ verbi divini loquatur, facio non pariterat. Theaurum rei antiquariæ possidet, atque, ut ἐκόρεσόν τι χρῆμα τοῦτο, quotidie adauget, effusum, quod mireris, in viciis Noniomagi suburbij; quam Urbem olim ipsissimum oppidum Batavorum fuisse, ex Tacito, non satis es hoc hactenus intellecto, validè convincit, et Tractatu, si me audit, publico (confectum enim aut affectum inter schedas habet) propediem demonstrabit. Penus antiquaria, quam dixi, si compendium vis, dignare ~~hæc~~ ^{hæc} ~~intuitu~~ Elegiam, quam, plenus aliquando et humanitate viri et Musæo ab his rebus instructissimus, poetaster effudi. effudi nimirum inter arma et situos, Castris Bredensibus, quæ, circa autumnum anni elapsi, proximè successisse meministi moræ longiuscule

ginsculæ, quam cum exercitû Noniomagi feceramus. Tot verbis hoc ago; ut me, cum hæc scriberem, destitutum libris, turbis obrutum fuisse credas. credes autem, nec jurato, si tanti est ut perlegas. quod ne rogo quidem, nisi Smithij causâ, et sic meâ: ut et amare discas virum optimum, et ille se amari à Salmasio mihi imputet. esse ut ames nondum postulo. paulatim hoc audebo; ubi, sicut res est, in animum induxerit, esse me quod diu fui, immensæ eruditionis tuæ et æterni nominis ardentissimum cultorem. Vale, vir summe, et, quâ dixi legæ, aliquando ut me ames, ferre jam nunc incipe. Hagæ Com. xv. Cal. Feb.
MDCXXXV.

Jurus
O. Huijgens.

[Naar het oorspr. in codex Vindobon. 10093 N^o 115]
Bij dezen brief werd verzonden 't gedicht (nu in cod. Vindob. 10093. n. 152): „In viri doctiss. et humaniss. J. Smithij penam antiquariam. Defuncti cinis Imperij. . . . ; gedruckt in Hugenii momenta desult. p. 27-29. Deze copie door H. eijgenhandig getekend: „Constantin. — 1634.“
Collatie van dit gedicht zoud ik aan dr. J. A. Worp. Mei 1892.